



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Antipharmacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

soli Calvinus & Beza approbatores censeantur, ecce totam Geneuensem synagogam ad stipulatricem habent. Et ut abstemius alium potum; ita si quis panem comedere non posset; (quales nonnullos fuisse legimus) aliud edulium substituere posset; ut & tunc si ob morbum panem manducare & deglutire æger non valeret. Et esse nationes quæ pane careant, notat ex lib. 8. Arriani, & ex Strabone Hospinianus lib. 5. Sacramentariæ historiæ.

### Antipharicum.

Luth. hom de  
baptismo, rom.  
7. lat. Viteb.

UT tibi, Luthere, isthæc placent? Dic, obsecro. *Sacramentum corporis & sanguinis Christi, nisi mandatum & institutio seruetur, non est sacramentum: ut si quis pane & vino proposito, ad altare stans pronunciaret non ipsa verba sacramenti, sed aut Decalogum, aut symbolum Apostolorum, aut sententiam aliquam sacram, aut Psalmum. Aut contra, si non panem, nec vinum, sed aliud quicquam sumeret, ut vel aurum, vel argentum, vel carnem, vel oleum, vel aquam; etiam si pronunciabit illa ipsa verba institutionis Christi, tamen non esset verum Corpus & verus Sanguis Christi; & ut maximè ad sit Dei verbum, & Dei creatura, tamen non protinus est Sacramentum. quia, non adest institutio & mandatum eius. In ea enim institutione nominatim iussit adhiberi Panem & Vinum; & illa verba dixit; sumite, comedite, hoc est corpus meum, &c. Bibite, hic est sanguis meus, &c.*

Eadem Calui-  
nus lib. 4. Inst.  
cap. 17. §. 43.  
Lege Bellar.  
lib. 4. de Eu-  
char. cap. 7.  
& seqq.

Quæritur III. Qualis debeat esse panis cœnæ, num azymus, an fermentatus. Respondet Beza epist. 12. *Panis azymusne sit, an fermentatus, non magnoperè putamus laborandum, quamvis communem panem sentiamus ordinationi Christi multò esse conuenientiore. Cur enim azymo pane usus est Dominus, nisi quia per id tempus, quo sacram illam Cœnam ipsi visum est instituerè, nullus in Iudæa alio pane utebatur?*

Aut

*Aut igitur Azymorum feſtum ſimul reſtituatur, oportet, aut fatendum eſt, communem & omnibus uſitatum panem exemplo Domini rectius uſurpari, quamuis azymum panem Dominus adhibuerit: ut de veteris parioris Eccleſia more taceam, quem adhuc Græca Eccleſia retinet.*

Idem Beza in quaſtionibus ſuis quaſt. 242. De azymo verò pane quid cenſes? Reſpondet: *Et ſi ea de re nolim, ut de ſumma rerum contendere, liberè tamen diſco nauum eſſe duplicem in iis Eccleſiis, qua azymo potius, quàm fermentato pane utuntur. Hoc enim & Iudaïſmum ſapit, & minus eſt quotidiani cibi analogia accommodatum.*

### *Antipharmacum.*

HVNNIUS Tract. de cœna Domini: *Ut verus & naturalis diſtribuatur panis, eſt res neceſſaria: ſicut enim aqua pertinet ad baptiſmi ſubſtantiã, ſic panis & vinum ad ſubſtantiã Cœnae. Ut autem panis ſit azymus, qualis in noſtris (Lutheranis) Eccleſiis adhibetur, vel fermentatus, id verò proſus indifferens atque liberum eſt, &c. (Libertinis videlicet, non autem illis, qui in pectora ſua demiferunt illud: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.) Si panis azymus in adminiſtratione prima cœnae potuit habere locum, quid ni etiam in noſtra?*

*Lege Bellarm.  
loc. cit.*

Quæritur IV. Vtrum panis azymus Euchariſticus rectè & licitè in formam rotundam & orbicularem conformetur. Reſpondetur; Calviniſtas olim id liberum reliquiſſe; At nunc indies rigidioreſ efficiuntur. Quocirca Calviniani Emdenſes, in libro de ceremoniis Cœnae, panem illum orbicularem, quem vocamus *Hoſtias & Oblata* penitus repudiandum & exterminandum cenſent. Synodus Belgica Calviniana apud Schultingium lib. 9. Hierarchie Anacriſeos. *Oblati ſeu hoſtiis non eſt utendum in*

20d

H

cœna,